

ROMANORUM. UT SUNT PONTIFICES: IQUE VEL Maximi.

Non sordidum neque obscurum apud Veteres olim nomen Pontificum fuisse traditur. Nam cum inter sacerdotia à Numa instituta, ipse se Pontificem imprimis, ut verò alii, Martium M. filium ex Patribus legisset, postea interjectis temporibus, collegium Pontificum ad quatuor, mox à tribuni plebis rogatione promulgata, ad octo auctum fuit: mansitque hic numerus longo aeo inuolutus, donec L. Sylla ad quindecim collegium ampliavit. Inter quos maximus Pontifex, & genere & dignitate præcipuus erat, & aliorum longè princeps. Horum igitur fuit, & res divinas sanctissime ueri, & interpretari, illaque omnia exscripta signataque habere, ut quibus aris, quibus diis, quibusque hostiis, quibus diebus, & ad quæ templa sacra fierent, perfectum haberent; ne qui Romana sacra negligenter, peregrinoque ritus assicerent, aut deorum ceremonias turbarent. Ad quos tam de cælestium deorum sacrificiis, quam de funeribus, iustisque exhibendis, placandisque membris, ac supernis inferniis diebus: de sepulchris, & votis ritè exolvendis; de feriis, religione, pietate, sanctitate, ceremoniis deorum, deque fide & iurejurando, sacrificiisque solemnibus, plebs, quoties videbatur, tanquam ad antistitem deorum immortalium, cæremoniarum, & sacrorum, consilium ibat. Ipseque maximus Pontifex preceatione, supplicationeque deorum, cum Pontificiis carmine prærite, comitia habere, diesque feriatis indicere, quo quisque Deus ritus, quoque die colatur, quibusque precibus aduocetur, & quid quoque die operis fieri, vel non fieri publicis feriis conveniret, edocebat. Eundemque Pontificem maximum, singulorum annorum res gestas, & memoratu dignas, diuinis actis mandare literis; illaque non solum monumentis tradere, sed in albo proponere, & referre, ut populo exhibendi potestas fieret, solitum esse, traditum est. Fuit id, credo, certum proutentum, quo esset significatum, urbem Romam potestemò deridenda Pontificia maiestate, qua nunc late patet, gentibus morderaturam, atque olim potentia imperasset. Polyd. l. 4. de invent. Ac non solum reip. sacra cæremonialique curare, sed de rebus, quæ ad religionem pertinent, iudicia ferre: contumaciæque minorum magistratuum vindic esse, sacrificantes observare, piaculæque iræ Deum conquirere; ne fecus quam præscriptum esset, sacra fierent, neve incerta auspicia, aut turbate religiones aduersus mores institutaque Majorum observarentur. Utque super impetranda venia venerandique diis iusta solemnia exhibeantur, cavere debebat. Tum religionis arcana, & divinas reditiones cognoscere, & si quid religioni minus verè adscriptum esset, religione liberare, aut numinibus obligare; de Vestalium capite decernere, & ferre sententiam; quæ facta quæve populum alligaret, maximi Pontificis officium, & manus erat. In quo fuit observatum, ut nunquam inausulta die, & ominosa collegium consulat, quod diurnum foret, & auspicii mali. Quare Vitellio principi, quod Pontificatum maximum adeptus, 15. Kal. Augusti, die claudibus insigni, collegium consuluerat, magno exito fuit. Tum si pons sublicius collaberetur, illum reficere, unde illis nomen factum. Is enim ligneus erat, & nullo aere, aut ferro compactus, quem sacrum illi æstimarunt: itaut in aliqua parte labentem, nisi cæsa victima, & sacrificio perfecto, reficere non liceret. Cum Tiberis, inquit Suidas, magno impetu in pontem antiquissimum irrueret, sacerdos votis factis, ne pontem rumpere, flumen placavit: effectique, ut placidè intra laumi decurrens alveum, ponti parceret: & eos, qui Pontifices, & flamines dicuntur, sacerdotibus præfecit. Vota etiam solemnia, quibus verbis concipi, quibusque pecuniis exolvi deberent, Pontificum decretis cavebatur; illorumque arbitratu, vel exolvebantur, aut non ritè emissa, denuò concipiebantur. Quòd si qui iuris arrogandus foret, quæ causa adoptionis, quæ ratio generis, quæ dignitas, quæve essent facta, apud Pontifices lege quærebatur, quæ lex Curia dicta est. Neque verò solum ab omni sanguine puras manus Pontificem servare decuit, sed ne participem quidem, aut consocium alicuius necis fieri. Ex octo Pontificibus Pontifex maximus reliquis præest, & propè dominatur. Cui rex sacrorum, augures, & omnes flamines, ac vestales Virgines parent, qui-

bus multam indicere, & penam irrogare poterat; cuius arbitratu publica, & privata sacra gerebantur, Vestalesque virgines ad sacra, & æterni ignis custodiam, qui in penetralibus Vestæ colebatur, eligebantur, ipsiisque curæ custodiæque mandabantur. Alex. l. 2. c. 8. In tantum honoris culmen Pontificatus, & eò excellentiæ crevit, ut Cn. Cornelio prætori, quòd M. Æmilio Lepido Pontifici maximo convictum scississet, multa dicta fuerit, ipsi sumque regie dignitati proximum crederent. Nam & licetor apparebat, curuli regia sella, ac lætica insignis erat, quam ante vestibulum conspicuum habere assuerat: ad cuius fores pro splendore dignitatis, viridis laurus affixa videbatur. Cumque cæteri honoribus functi, rationem administrati muneris reddere cogentur, Pontifex tamen maximus pro maiestate, gesti honoris rationem dare minimè cogi poterat: ipsique, pro imperio, & potestate, quòque videbatur, ingredi licebat. Quippe Pontifici proprium insigne erat galeros, sicut lituus auguribus, paludamentum imperatoribus, diadema regibus. Et cum in Capitolium nulli fas foret carpento vehi, solis Pontificibus sacerdotibusque Tarpejum ascendere carpento licuit. Ad eumque si qui noxi confugissent, ea die à pena immunes erant. Alex. l. 2. c. 8. Non vulgares, neque obscuros, sed qui nobilitate generis & multo splendore illustres forent, quique auctoritate & opibus antecirent cæteris, ad Pontificatum max. Rom. admittere: denique Romæ Pontifex, qui antea curuli sella non sedebat, nemo creatus fuit: donec lapsis temporibus, etiam qui nullos curules gesserant magistratus, ad Pontificatum admittere. Præmas enim T. Cornucanus, ex plebe homo, Pontificatum maximum meruit, quo tempore M. Attilius Regulus, primo Punico bello gravi supplicio excruciatius, penas dedit. Et deinde M. Drusus, quod antea contigit nulli, tribunus plebis simul, & Pontifex creari meruit. Postea ex plebe, & patribus, nullo delecto, aut discrimine, admitti cœpere. Cumque ad collegium Pontificum pertineret, in demortui locum alium cooptare, Cn. tamen Domitius Tr. pl. offensus collegio, quòd se in numero Pontificum non cooptasset, jus fabricatorum Pontificum sacerdotumque à collegiis ad populum transulisse fertur: ipseque Pontifex maximus primus populi suffragio, alii- que deinceps creati cœpere. Alex. l. 2. c. 8. Declamationum quarto Seneca de Metello inquit, Sacerdos integer sit. Metellus Pontifex, cum arderet Vestæ templum, dum rapit Palladium, oculos perdit, sacerdotium illi negatur. Et mox contra Metellum, Sacerdos non integri corporis, quasi mali omnis res vitanda est. Hoc in victimis notatur, quanto magis in sacerdotibus? In libro Antiquitatum secundo Halicarnassus Dionysius, sacerdotis à Romulo lectos scribit, genere excellentes, simul & virtute præstantes; nec tamen inopes, aut corpore ulla ex parte trunco. Calens l. 12. Antiq. Læti. Minores. Apud Rom. Scribæ Pontificum, qui per fastos & commentarios habebant fidelem custodiam rerum gestarum, qui Annales maximi dicebantur, quique illis Ministri aderant, quòd omnis ævi gesta mandarent literis, minores Pontifices dicti sunt. Ab iis in curia Calabra Junoni singulis Kal. sacra fiebant novamque lunam observare, & quot dies à Kalend. ad Nonas superessent, referre solebant, ut populo causis feriarum arege sacrorum recipiendi facultas foret. Ad eorum collegium quoque interpretandi juris, & an possent lege agi, quæque competeret actio in iudiciis, declarandi, jus spectavit & pertinuit. Quippe jus civile inter sacra cæremonialique multa saccula abditum, solis Pontificibus patebat. Ex his quoque minoribus distinctio gradus fiebat. Nam qui primus collegio ascitus erat, maximus: qui verò ultimus, minimus dicebatur Pontifex. Alex. l. 2. c. 8. Rex sacrorum. Cum à principio Urbis multa, & magna secreta reges oblerent, ad quos de religione, deque sacrificiis, & cæremoniiis deorum, sacerdotis sepe consilium ibant, qui etiam rem divinam facientibus aderant: ne bonis auspiciis ceptum constitutumque regium nomen, post exterminatos reges aboleretur penitus, neve derelictis sacris, regium nomen expe- terent, longe antiquissimum rati, sacra que penes reges erant, alicui demandare: Regem Sacrificum creantur, qui sacro-

rum Rex dictus, sine regio imperio, solo nomine Rex, sacra que penes Reges erant, obiret, ac cæremonias præficeret, quem creatum, aut in locum decedentis successum, sicut reliquos sacerdotum, inaugurari oportebat. Eratque non annuum, sed perpetuum sacerdotium, immune ab omni belli tumultu. Neque enim Rex sacrorum militare, suspendiæ facere, aut caltris, & legionibus præfere poterat, propter suspectum invidiumque regium nomen; neque magistratum gerere, aut concionem habere, vel cum populo agere: namque ejus potestas soli religione, & templis tenebatur. Primus quidem Manius Papyrius ex patritiis, Bruto consule, Rex creatus fuit, cui jus sacrificandi, & de sacris decernendi reliquerunt, eumque Pontifici maximo subjecerunt: idem in sacris epulis, post maximum Pontificem, supra flammam Dialem, Martialem, & Quirinalem, accumbebat. Atque licet à principio à populo crearetur ex patritiis, & multis honoribus functis, post aliquot ætates à minore parte populi, selectis calatiquæ comitiis (quibus sunt Sacerdotes) ex plebe creati cœperunt, tunc quem Maximus Curio plebeus homo rex sacrorum fuit. Cujus uxore regina sacrorum hoc habere proprium, ut quoties sacra faceret, ex malo punico virgulam, quam in arcumulum ducunt, pro insula deferat: quo omnibus Kalend. Junoni sacrum facere, & ique porcum vel agnum mactare debet in regia. Ad quem Vestales virgines, de consuetu, annis singulis ventitære, & ne sacra negligenter, qui fidei tutelæque credita erant, præmonere solebant. Erat ergo regis sacrorum munus, quinto Idus Ianuarias Jano aticem immolare, dieique fastos prædicere, & nefastos, sacra procurare, & quæ sacrificio uni esset, ministrare. Ideo sacra facturi, lanam, farra & fruges, lauros, & verbenas, quæque sacrificio opportuna sunt, regem petunt: ad eumque tam iura, quam extra pomerium, populi civelique quinque in agris agunt imperii, morum civilium, atque una agricolæ de sacris festique feriarum causas, & tum vadunt, & sacra postulant. Ipseque cavendum est, quid quoque mens facienda, à quibusque cavendum esse, prædicabat, prædicabatque; cui hoc proprium dicitur fuisse, ut sacrificium in comitio peragat; quo perfecto, nulla cunctatione vel mora se ex foro proripiat. Quando verò divinis rebus perfectis, in comitium venit, in fastis notabatur: utque Kalendis Martiis, fores regis sacrorum, flaminis, Pontificis maximi nova exornentur lauro: sicut Palatine ædes & Augustæ quercus virides nunquam lauros habuere: cuius filia ad Sacerdotium Vestæ invete eligi nequeunt; nam privilegio honoris ab hoc onere immunes erant: volentes verò non vetantur. Alex. lib. 3. cap. 17. ex Plut. in quest. Rom. Flamines. Flamen dialis fuit Sacerdos, à Numa Pompilio institutus. Dicitur autem flamen, ut Varro ait, quod in Latio capite velat erat, & caput filo lanæ præcinctum habebat, à quo flamen appellabatur; Dialis autem à Divo, quod est, juvans Deus. Cæteri flamines, ejus qui præfident numinis decorantur titulis; ut Flamen Martialis, è Marte: Quirinalis, à Quirino Romulo: Vulcanalis, à Vulcano. Pont. Lat. c. 6. l. enyalla, c. 5. Lini l. 1. Decadis 1. Alex. lib. 6. cap. 12. Ei nefas erat tangere heretam, atque adeo ne nominare quidem fas erat. Puritas enim & castitas decet sacerdotem, & libertas. Eidem nodum habere licet. Sed dio sine apice esse non licet: sub techo licet. Tunicae intimum, nisi sub locis tectis sit. Idem solus habebat albam galterum, vel quod maximum est, vel quòd Jovi immolata hostia albato fieri oportebat. Gell. lib. 10. c. 5. Eidem annulum solidum gestare concessum non erat, ut testatur Festus Pompejus, quòd oporteat sacerdotem ab omni angore liberum esse, nec ullius mali sibi conscium. Enyalmus in Adagis. Idem locum, in quo bustum est, non ingrediebatur, neque mortuum attingebat; funus tamen exequi licebat. Gellius l. 10. c. 15. Salii. Fuere Salii Martis sacerdotes numero duodecim, ex patriciis, liberi & cives, & qui neutro parente orbati essent, à Numa, seu Tullio Hostilio, bello contra Fidenates, ut Livius auctor est, vovi causa nuncupati: qui postea numerum Saliorum duplicasse fertur, ita ut quatuor & viginti, belli pacisque temporibus, collegio cooptarentur. Cujus sacri causa hæc & origo fertur. Cum regnante Numa, morbo & afflatu noxio civitas affecta esset, eaque lucis nullis sacrificiis, aut piaculis

sedari videretur, peltam æneam è celo, in qua Romæ eorum fata sita erant, in manus Numæ, decidisse fertur, Ancile vocant, scutum breve ac rotundum, Ovidius in Fastis: Ecce levi scutum versatum leniter atra Decidit, à populo clamor ad astra venit. Et infert: Atque ancile vocant, quòd ab omni parte recisum est. Quaque oculis spectes, angulus omnis abest. In hac cum urbis salutem sitam crederent, ne inventi facili, & ob id furto exposita esset, alias undecim elaborare atque eadem facie menluraque à Manurio fabro, ne dignosci posset, constructas dicunt fuisse: illaque in Martis sacroto affervasse, illarumque custodes, Salios vocasse: quorum princeps Præful, alter Vates, alius Magister, qui præfidebant, dicti. Illorumque insigne tunica erat punicea, & æneum in pectore tegmen, quòd supra tunicam verisicolorem inducebant: tum balthei, & æneæ galææ. Quibus ornati, Martio mense, cum tripodis ad tibiam, solemnique saltu, cælestia ancilia ejusmodi ferentes, culti ornatique prodibant: ipsique gladiolis illa percutientes, cum gressu & gradu composito, pulsu pedum ad sonum vocis modulato, per Capitolium, & forum, perque urbem incedebant. Inque eo tripudio Mamurium fabram, qui tam exactè illa molitus esset, in nominis memoriam sempiternam, ac penatibus impennataque agnas prospicis, & aristis, & Lucetium Jovem, Janumque deorum deum, aliosque deos, excepta Venere, quam in carminibus Saliaribus nominare nefas erat, veris subobscuris, Marti consecratis, quæ nec mutare licebat, ritus præfixæ religionis, in sine carminum referre. Post aliquot verò ætates, Imperatorum nomina suis carminibus Salios adnotare constitutum fuit, ut illorum quoque memoria sempiternæ gloriæ mandarent. Quare Germanici nomen Saliari carmine, & mox aliorum principum intercurru temporum celebrata fuere. Eo tempore flaminica Dialis uxor capillitium pectere, antequam ancilia conderentur, vetabatur. Anciliorum sacra & festos dies cœnis sumptuosus, & confessionibus, cum cantu & symphonia opiparè celebrare soliti sunt: in quibus subtiles coronas & alia conviviis oblectamenta adhibebant. Hicque dies religiosi & facti manere in posterum. Quòd sacerdotium quanti fuerit, licet æstimare, quòd nisi ex patriciis ad hunc honorem admittebatur nemo: & nisi liber & civis, patritius & martius foret: quòdque Appius Claudius triumphalis, Scipio Africanus, & L. Bibaculus inter Salios esse, & hæc sacra attingere, gloriæ ducere: & Titus Vespasianus, quòd numero Saliorum fuisset cooptatus gratias egit. Antoninus quoque Philosophus, natus octo annos, ab Adriano Cæsare inter Salios adnumerari, laudi duxit, velut magni splendoris munus ferret. Eratque constitutum, ut qui consularum, aut prætorum, aliumve magistratum gereret, ancilia ferre, & inter Salios esse cogi nequiret. Et tamen Martio mense ancilia deprompta è Martis sacroto prodirent, si quando tamen gentibus nationibusque iustum piumque bellum per seiales indicebatur, ancilia in eodem sacroto, aut in curia Saliorum commovere, moris erat: quati eo motu Martem è sua sede excutum, eoque propitio & volente, arma expediri, religiones conscribi, exercitus apparari, atque omnia hostilia esse designarent: qui dies religiosi & infames habiti sunt, quibus antequam conderentur, sponsalia inire, peregrè proficisci, aut pacis fœdera tractare, vel aliquid publice privateve rei inceptare, velut mali auspicii, tristitiquæ maneret exitus, ominotium fuit. Alex. l. 2. c. 26. Augures. Si quis Augur apud Rom. ultus pateretur, licet in sacerdotio foret, augurandi jus non habebat. Alex. l. 5. c. 19. Cum de vacatione Augurum in Senatu ageretur, iudicis non operam darent. Quælius Tubero contra P. Africanum avunculi sui testimonium iudicavit, vacationes Augurum, quo minus iudicis operam darent, non habere. Non enim Augures ejusmodi sacerdotium nactus esse, ut nunquam ab eo discedere sine religione possint. Cic. in Bruto. Eplones. Triumviri Eplonum. Collegio Pont. Triumviri additi sunt, qui sacra convivia, hoc est, que in deorum ludis exhibebantur, curarent, dictique sunt Triumviri eplones, asciti inter sacerdotum, quibus roge prætextæ jus datum, ut pontificibus. Hi fuere C. Licinius Lucullus, T. Romulus, & P. Porcius Lecca, qui Legem de

A de creandis primum tulere. Jus dicendi Jovi ceterisque diis epulas potestatem habebant. Veteres Pontifices instituerunt...

B Inter tot sacros ordines posuit Numa & Feciales sacerdotes, quibus id dedit negotium, ut Romani nullum injuste bellum inferrent...

C ARVALES, Arvorum sacerdotes, Romulus in primis instituit, sequo duodecim fratrem appellavit inter illos ab Acca Laurentia nutrice sua...

D ORDINES RELIGIOSI ETHNICORUM. Apud quos. Puta Indorum. COCHIMENSIBUS Indis in more est positum, ut Rex aliquo tempore ab humanis tumultibus secreto vitam in religione consumat...

Romanorum. Hinc Vestales referri possunt aliquatenus, de quibus supra sub Sacerdotibus. Inter Romulum & Tatium inita societate, retinendis Sabi norum sacris, sodales Titii a T. Tat. vel a Titius avibus...

QUOMODO. Apud veteres, idem dies, quo quis facris initiabatur, natalis sacrorum appellabatur, religioque jentaculo celebrabatur. ETHNICORUM RELIGIO CONSIDERATA RESPECTU MATERIE sive SUBJECTI, quod colitur. Puta DEUS. CONSIDERANTUR QUI COLUNTUR.

ASSYRII omnium primi Junonis Venerem coluere: quos sunt secuti in Cypro Paphii, & ad Alalonem Phenices, a quibus didicerunt mox Cytherii. Sed & Atheniens Urania Veneri fuit erectum templum. Elei MYAGRO deo rem facunt divinam, muscarum multitudine pestilentiam afferente. Cui qua die litatur est, mulce omnes intereunt.

A QUIBUS COLUNTUR. ROMANI, Opi deæ commendabant nascentes, deo Vaticano vagientes, deæ Cunine jacentes, deæ Ruminæ fugentes, deo Stalino stantes, deæ Adeonæ adeuntes, Abeonæ abeuntes deo Catio, & deæ Menti, ut bonam haberent mentem, & cauti evaderent: deo Volumno & deæ Voltunæ, ut bona velent: diis Nuptialibus, ut bene conjugarentur: diis Agrestibus, ut fructus uberrimos caperent, & maxime ipsi divæ Fructes: deæ Rubigini, ne accederet: deo Spinienti, ut eradicaret ex agris spinas: Marti & Bellonæ, ut bene belligerent: deæ Victoriæ, ut vincerent: deo Honorii, ut honorarentur: deæ Pecuniæ, ut pecuniosi essent: deo Æliculo & filio ejus Argentino, ut haberent æream argentamque pecuniam: nam ideò patrem Argentinum Æliculum posterunt, quia prius ærea pecunia in usu esse cepit, post argentea. Fessianam fessii invocabant: Pelloniam ad hostes depellendos. Aug. l. 4. de Civit. Dei, c. 21.

HOMO. HUC PERTINET CULTUS SACERDOTUM. Scilicet supremus sacerdos apud Tartaros in tanta auctoritate, & re-

A & reverentia habetur, ut Reges ei adventient occurrant, stantque equo infidentem manum porrigant, capiteque inclinato manum illius osculantur: idque gentis Regibus permittitur est. Duces vero, non manum, sed genita: nobiles pedes osculantur: plebei vestes tantum, aut equum manibus attingunt. Malabares Indi maximo in honore habent sacerdotes, quos appellant Brachmanas, penes quos habitantur esse rerum divinarum, & humanarum scientiam. Reges nulli sunt, qui non sine prius eorum discipulis imbuti. Tempore belli securè possunt Brachmanæ ultra citroque commigrare. Inexpugnabile namque scelus existimatur, illos secus, quam postulat opinio sanctitatis, trahere. Orosius l. 2. verum Emu.

MORTUORUM, MANIUM. Archilochus Parius Jambogaphus, a Colonda milite Naxio, qui Corax fuit cognominatus, occisus fuerat in prelio. Cum ergo Colondas Pythium templum ingrederetur, Pythia exclamavit: Μορδον δειπάζοντα κάρτερας, ἔσθι νῦν. Verum quia ille prelii necessitate obijciebat, justus est ad Tenarum profectus, & illic τῆσσι, id est, Archilochi, qui se Cicadam appellabat, simul & patri ejus Telefici parentare. Quod cum fecisset Colondas, a dei iraliberatus est. Plut. in l. 2. i. qui a diis ferò puniuntur: & Suidas. ANIMALIA BRUTA. Extra Crotonem olim Junonis Liciniæ templum fuit, multa religio sacrum. Locus proceris abieribus septus, lata in medio pascua, ubi omnis generis pecus deæ sacrum sine custode pascetur, gregibus sub noctem ad stabula sponte remeantibus, nulli hominum serarumque injuriæ obnoxii. Solida ex auto columna, ex illorum proventu facta, dedicataque deæ: templum divitiis, & religione inelyum. Sabellianus.

TEMPLA VEL ADMISSA. HORUM Extructio. Jovis Pulverii templum in Attica sine tecto erigebatur: Soli Citidæ, Lunæ, & Dionisio in aperto mundo templa hypethra extructa. Horatius Pulvillus subrogatus in locum Spur. Lucretii defuncti in consiliatu, ædem Jovis Capitolini dedicavit. Domitius Prætor urbanus Primitivæ Fortunæ templum a Servio Tullo inchoatum in colle Quirinali dedicavit. Cultus. Coluntur Tempa. Hortæ templi Romæ porta perpetuè aperta erat, & patebat omnibus: quod homines semper ad rectè agendum hortaretur. Plutonis templum apud Eleos per totum anni circuitum semel tantum aperiebatur, neque cuiquam ingredi fas erat. Corinthi a Necessitatibus & Violentiæ Fano arcebantur omnes, nec ulli aditus in templum dabatur.

D Numa Pompilius legem sanxit: Pellex ædem Junonis non tangito: si tangit, Junoni, criminibus dimittis, agnum feminam credito. Epidaurus Peloponnesi urbis dicta, quasi ἔπιταυρος, propter frequentes taurorum victimas, que in honorem Æculapii, cuius ibi templum fuit religione sanctissimum, mactabantur. Quam iridem ob causam prius ἀίμαρ appellabatur, sed ἄμαρ. Non ADMISSA, NEGLECTA. Scythæ nulli deorum simulacra, & aras, & delubra faciunt præterquam Marti. Persæ nec statuas, nec templa, nec aras extruunt, neque enim deos ex hominibus ortos esse credunt, ut Græci: & propterea nullam Dei imaginem fingi posse existimant. Montes editissimos consecrant, ibique Jovi immolant. Præterea cum Solem postissimum venerentur, mundum universum templum illius esse dicunt. A Bithynis usurpatum legitur, ut adoratur, montium cacumina consecrant, & sine templis Jovem Pappam salu-

tem, sicut Scythæ Papeum: quæ etiam Diogenis opinio fuit qui mundum, phanum Dei sanctissimum existimavit.

ORACULORUM LOCA AB ETHNICIS CULTA. Plutarchus in libello de Oraculis quæ obmutaverunt, Philosophicè disputat in libro, Cur Pythia versus non respondeat amplius. Vide Alex. lib. 6. c. 2. QUORUM DEORUM. Puta Jovis.

Apud Heliopolim Assyriorum templum fuit, perplexis, ut ajunt, numinibus, & quod Sol ibi coleretur, & Jupiter, & Apollo. De hoc quidem incertior fama est, sed hunc quoque templi ejus accolam ex furore ministrorum, & ex divinatione confirmant. Consulebant hunc deum non præsentem tantum, sed & absentes missis diplomatibus consignatis, rescribitur deus ordine ad ea, que consultatione abditâ continentur.

Oraculum Jovis Hammonis a Chamo Noachi filio, homine impio, sicuti Dodonæum a Dodanum Noachi item nepote, qui Epirum occupavit. Id enim studuit demon, ut ex sedibus Ecclesiæ prostribula satanæ efficeret. Namque inde duæ mulieres nigrae (fabulantur Græci, columbas fuisse nigras, propter barbaram linguam) a Phœnicibus avectæ, & mox venditæ, altera quidem Dodonæ sub fago confidens, altera verò in Africam avectæ, Jovis oracula illic dirigi jussurunt. Fuit autem Dodona, urbs Theoprotiæ Pelagiæ in Epiro. Consuloribus accedentibus, movebatur quercus & resonabat. Suidas. Dodonæus ex Athiophoro Menandri tradit, in Dodona duas fuisse sublimis columnas, in altera positam pelviam æream, in altera pensile pueri simulacrum, flagellum æream manu tollentis: quoties autem ventus vehementius flaverit, fieri, ut fœtica impulsâ crebris lebetem feriat, ique percussus tinnitum reddat ad multum etiam temporis resonantem. Huic sententiæ aspiulatur Aristoteles, alteram, quam Suidas asserit ex Damone, ut fabulam refellens. Ait enim, oraculum Jovis, quod olim erat in Dodona, lebetibus æreis undique cinctum fuisse, ita ut invicem sese contingerent: Idcirco necessarium erat fieri, ut uno quoque piam pulsatam vicissim & omnes resonarent, sonitu percontatum ab aliis ad alios succedente. Durabatque in longum tempus tinnitus ille, videlicet in orbem redeunte sono. Putatque parochiam Soudaniorum dictam in fordidos, & quantumvis pusilla de re querulos. Erasm. in Chiliadib. Memoriam prodrum est, quercui Dodonæ famulantes divinali facultatem accipere: solique Bœotias, si quando consulto opus foret, viris responsa dare, primamque lagopum & columbam Dodonæ vaticinatam.

Hammonis Jovis augustissimum, & antiquissimum oraculum fuit ultra Cyrenen, in extimo sinu apud Garamantes. Dei simulacrum ex smaragdis aliisque gemmis confectum, circumfertur aurea navi ab octoginta sacerdotum humeris eò, quod ei voluntatem progrediendi esse noverunt, subsequitur per vias omnes ingens virginum matronarumque turba pæana cantantium, denique cantu patrio laudantium. Niciphorus Jupiter est nuncupatus de Mesopotamiæ urbe Niciphorio. Ex hujus responsi imperium concepit Adrianum, auctor est Spartianus. Apollinis.

De Delphico oraculo Apollinis diversâ traduntur. Ajunt enim, fuisse ab initio Telluris eam oraculorum sedem: & ab ipsâ Tellure Daphnen, quæ præfideret, delectam, & Nymphis unam, quæ montem incolebat. Mæusæ Antiophemi filius prodit memoriæ, commone Telluri cum Neptuno oraculum illud fuisse: ipsam quidem Tellurem eorum suo responsa dedisse, Neptunum interpretem habuisse Pyrronem. Neptunus deinde Telluri dicitur parte sua concessisse, illam Themidi oraculum totum dono dedisse. Ab ea Apollinem illud accepisse: tradita Neptuno, quæ ante Troezenem est, Calauræa. Sunt qui dicant, pastores quosdam, dum pecus illac agerent, cum propè ad eum locum, ubi oraculum fuit, accessissent, repente terræ halitu divinitus afflato, Apollinis ipsius im-



A scilicet oracula oratores plerumque misisse, & inprimis Cyrum, cui Orpheum consulenti de exitu suo, sic ferre responsum proditur, &c.

Epaphi, Apis, Serapis.

Apud Memphim Aegypti Epaphus, sive Apis, responsa dat, manu oblato pabulum devorans. Bos est & vacca genitus que nullum dum alium potest concipere foetum: quam Aegyptii ajunt fulgere istam, concipere ex eo Apim.

B Apud Canopum in templo Serapis oracula ex somnis edebantur. Alexand. lib. 6. c. 2.

Aridali.

In Aridali ara apud Traezenios, Somno & Musis immolabatur. Responsa acceptant, integrum diem a cibo, a vino autem triduo abstinent. Alexand. lib. 6. c. 2.

Terra.

Sanguis Taurinus recens inter venena est, excepta Aegira. Ibi enim sacerdos Terrae vaticinatur, tauri sanguinem bibit prius quam in speculum descendat. Plin. l. 28. c. 9.

Fortuna.

Praenesta templo pervetusto Fortuna sub imagine deorum sororum celebratur. Ibi certissima olim data oracula, & sortes primum a Numerio Sufficio sitas fuisse, fama est. Alexander ab Alex. lib. 1. c. 13. Genial. dierum. Praenestina Vestam legitimus apud Lampridium in Alexandro Caesare, cui ex eo templo ejusmodi sit obolata fors, cum illi insidias strueret Helio-gabalus: Si qua fata aspera rumpas, Tu Marcellus eris. Cal. lib. 15. c. 17. A. L.

Cereris.

Patris in Achaia, maritima ora, proximum loco Apollinis si Cereris sanum, de ipsa & Proserpina stans. Telluris effigies in solo sedet. Pro Ceres arde fons est, qui a templo lapideo pariete secluditur. Ad eum fontem per exteriorem tramitem descenditur, ibi oraculum maxime veridicum est. Cognoscitur ex eo non rerum omnium, sed morborum duntaxat eventa. Speculum tenui suspensum funiculo dimittunt, ut in fonte omnino non mergant, sed imo ambitu summam aquam contingat. Ubi odores adoleverint, & ritae deam precati fuerint, inspicunt in speculum: & ex ejus imaginibus, periturae an victuras is aeger sit, de quo consuluerunt, divinant. Pausan. in Achaicis.

Latona.

Oraculum in Aegypto Latona est in magna urbe, Buti dicta, contra ostium Nili Sebennyticum, a superiori parte maris flumen subeuntibus. In hac urbe templa sunt Apollinis Dianaeque. Et in quo redduntur oracula Latonae, grande illud, & porticum habens decem passibus sublimem. Ipsum Latona delubrum, ex uno factum est lapide, cujus parietes aequali celsitudine ad longitudinem quadragenam cubitorum: cujus D lacunati pro tecto impositus est alius lapis quatuor cubitorum per oras crassitudinis. Herodot. lib. 2. & Alexand. lib. 6. c. 2.

Isidis.

Isidem non Aegyptii tantum, sed omnis ferè orbis antiquitus propter miracula colebat. Hæc enim in somnis non rectè ventium morbos sanabat: & qui moribus ejus obtemperabant, pretere opinionem curabantur. Vixit quoque, aut alia corporis parte debiles, ejus dea numen implorantes, in pristinam valetudinem restituebantur. Diador. Siculus lib. 1. cap. 2. de Reb. antiq.

Inus.

In Laconia ab Oetilo ad Thalamas proficentibus conspiciuntur in via Inus l. num. & oraculum. In eo futura dormientes prævident: Consulenti enim per somniorum visa, que opus est, dea denunciat. Pausan. in Lacon.

Pasiphæ, Daphnes.

Templum & oraculum Thalamis urbe Laconia celebre erat Pasiphæ, quam Athlantiidum unam Jove prognatarum tradunt quidam fuisse, atque edidisse Ammonem: nonnulli

Priami Cassandra ibi defunctam, quam, quod omnibus oracula declararet, &c. ad se præcipue referre, Pasiphæ fuisse dictam. Phylarchus Amyclæ filiam Daphnen nomine cum fugeret Apollinem, qui stuprum parabat ei offerre, in arborem veram: à quo deo fuisse honoratam, vaticinandumque donatam dote. Hujus canebant fortes libi rege Agide Eudamida F. qui novas Tabulas & agrorum divisionem inducere studuit, edices Spartatis, ut omnia inter eos æquarentur ea lege, quam sanxerat quondam Lycurgus. Plin. in Aegyde.

Nympharum.

Erat in Citheronis vertice uno Sphargitidum nympharum antrum cum oraculo. Spiritu affabantur divino incolarum multis, quos Nympholeptos vocabant. Calius lib. 4. cap. 14. Antiq. Lelionum.

Incertorum.

Jamblichus Colophone subterraneanum fuisse locum narrat, in quo fons erat, de quo sacerdos istis noctibus facris operatus gustabat, reddebaturque invisibilis, & consulenti responsa dabat. L. Vires in l. 7. August. de Civ. Dei. c. 35.

In Cantabria fontes Vamarici in arguto habentur. Tres sunt octonis pedibus distantes. In unum alveum coeunt vasto amne. Singuli fiantur duodecies diebus, aliquando vicies, illis suspicionem ulam aque, cum sit vicinus visis sine intermissione largus. Dierum est non profutere eos aspicere volentes, sicut proximè Laetio Licinio legato post Prætorum post septem dies accidit. Plin. lib. 31. c. 1.

Fons Lymæe iranire solet in loca vicina, potendens aliqui jurisdictione, quod cum piscibus transit. Responsa ab his petunt incolæ, cibo quem rapunt, annuentes: si verò eventum negent, caudis abigunt. Plin. lib. 31. c. 1.

FESTA RELIGIOSA. FESTI DIES

Ethnicorum.

Operæ pretium erit, Dierum religiosorum & profanorum apud Rom. olim usitatorum distinctionem præmittere, ex suis deductam fontibus, hoc saltem loco: quandoquidem de his ipsis, sub Dierum usu Chronologicum secundum motum non naturalem (ratione scilicet otii & negotii) confiderato, agi oportuit. Dies pars est temporis. Tempus numerus est motus. Motus alius celestis, primi mobilis & planetarum, inter quos Sol vitæ auctor erimit: alius terrestris, inferiorum omnium, inter quæ homo principatum obtinet. Ergo dies quoque, & solaris motus numerus erit, & motum sive actionem omnium humanarum. Proinde ex harum diversitate dies possunt distingui. De quibus Macrobius lib. 1. cap. 6. Saturn. Ovid. in Fastis, Livius, Dionysius, Festus, & post omnes alios Paulus Manutius, in Calendario Rom. cujus nos auctoritatem in plerisque sequi volumus, majore fortassis conatu, quam successu. Actiones alia homini conveniunt ratione conversationis Oeconomicae, alia ratione conversationis Politicæ. Oeconomias voco, ut in eadem domo habitat: quarum actionum, ut potè privatarum, non tam accurata est observatio. Sunt tamen illa ipsa vel profanae, & dies profanos Privatos ex se dominari faciunt: vel Religiosæ, dies festos Privatos faciunt: in illis ratio habetur nunc quidem Sacrificiorum, nunc verò Feriarum quæ propriae sunt familiis integris, ex usu domestico celebrantur (ut Feriæ Claudia, Italiae, & similes) aut saltem singulis domesticis, ut puta Feriæ Natalium, Funerum, Expiationum. Jam verò actiones Politicæ in hominem cadunt, ut ejusdem civitatis participes est, iisdem legibus fruuntur: de quarum diebus nunc potissimum loquimur.

Quandoquidem autem variae sunt actiones, & modò in diversos, modò in eosdem dies incidere possunt: ea propter sacularias, causa dies considerabimus dupliciter, partim respectu actionum politicarum simplicium, quatenus in unum diem una actio tantum incidit: vel si plures, tamen ab actione excellentiore sit totius diei denominatio: partim respectu actionum politicarum promiscuarum, quando in eundem diem actiones genere specieve differentes cadunt, & ab iisdem quoque denominantur. De simplicibus priore agamus loco.

Actionum igitur ea quæ pertinent ad Deos, Religiosæ vocantur: quæ ad Homines, Profanae. Religiosarum respectu, dies alii diis facti non sunt, Profesti, quasi procul a festo, in quibus ea quæ ad Remp. pertinent, tractantur vel totis, vel aliquo sui parte: alii facti sunt, Festi dicti, & propter junctas ferias Feriati: in quibus vel totam vel partem tantum aliqua, ea quæ ad divinum cultum pertinent, curantur. Namque honori deorum dicantur tum religiosa negotia, v. g. quod sacrificia diis offeruntur.

A offeruntur, quod ludi in honorem deorum aguntur, tum Otia: quod scilicet Epulæ divinae celebrantur, Feriæ observantur, qualescumque fuerint, quibus opus nullum, ex præconis edicto, facere licebat. Feriarum autem alia Incertæ erant, quas consules, vel prætores pro arbitrio potestatis indicabant, Imperativa dictæ: alia Certæ, & vel propria magistratuum (quæ quotannis à magistratibus vel sacerdotibus concipiuntur in dies tum ceteros, tum incertos: ut sunt Latinae, Paganalia, Bementina, Compitalia, Conceptivæ) vel Communes totius populi certis & constitutis temporibus, & in Fastis flaris observationibus annotatæ, Stativæ: quarum alia in anno semel, præcipuè Agonalia, Carmentalia, Lupercalia, quibus potissimum ludi edebantur: alia sæpius triundino die, ter singulis mensibus. Nundinæ enim Jovis olim feriæ, à Servio Tullio institutæ, sed Horrenfia lege inter festos postea receptæ, ut rusticis qui nono quolibet die nundinandi, sive mercium causa in urbem veniebant, lites coram prætoribus componere possent: propter frequentiam plebis, leges tum etiam promulgabantur & candidati in comitio conftabant.

Jam verò ex profanis actionibus alia locum suum habent in bello foris, alia domi & in pace. Illarum respectu dantur dies alii, quibus res repetere & hostem læcesere fas erat, Præliaræ dicti: alii quibus hoc ipsum fas non erat, Non præliaræ, ut Latronum tempore, Saturnalibus, & cum Mundus pareret. Respectu verò posteriorum, cum Respublica veluti totum quoddam confiter civibus, tanquam corpore sive materia, & legibus, tanquam anima sive forma: actionum alia expeditur auctoritate legum, alia auctoritate personarum.

Et respectu quidem Legum, Dies alii sunt, quibus in Foro jurisdictionem exercere, & Lege agere coram prætoribus (Fasti, quod is sententiam cum consilio judicum prætor ferre possit, ultimo judicii die, & tria verba fari, Do, Dico, Ad dico. Licebat fari, quamvis non semper foret fari. Iisdem interdum fenatus habet, interdum cum populo agere licebat: sed à judicis ut parte excellentiore dehominebantur) alii, quibus id agere non licet, Nefasti, quibus prætori fari non licebat, neque etiam cum populo agere: Senatium tamen habere licebat.

Respectu verò personarum, nimirum ex Romanæ Reip. institutione, vel ex auctoritate fenatus, vel ex auctoritate populi. Ergo dies alii erant, quibus in curia senatum habere non licebat, Non fenatorii; quibus saltem cum populo agere licebat, interdum quoque lege: alii quibus senatum habere licebat, Fenatorii, quibus senatum habere legitimum erat, non autem cum populo agere. Usque adeo fenatus & populi curiæ erant distinctæ, sed majore tamen liberate Senatus, ut qui pluribus diebus cogi poterat. Namque fenatorii erant Festi omnibus: hoc est, legitimum erat Senatium habere, sed tamen quibusdam solemne (sic Calendis, Nonis Idibus semper habebantur) quibusdam non solemne, nisi arbitrio magistratus. Fenatorii etiam erant ex Profestis tum Nefasti omnes, tum Fasti certi quidam, qui scilicet non essent Comitiales.

Vicissim dies erant, quibus in comitio agere cum populo non licebat: Non Comitiales, quibus lege agere, & Senatium habere licebat, erant Comitiales, hisce enim cum populo licebat, & quibus licebat agere, & lege etiam: cum Senatu non licebat. Advocabatur in concionem populus vel ad suffragia ferenda (quod propriè est Agere cum populo, ut rogante magistratu, populus aliquid suffragia scilicet: & hoc comitiales tantum die facere licebat) vel non ad suffragia ferenda, sed ut aliquid exponatur, quod propriè est Agere ad populum: & hoc diebus etiam Nefastis & Fastis non comitalibus licebat. Et hi simplicibus actionibus politicis intervenientibus dies fuerunt.

At quoad actiones promiscuas, dierum apud Rom. varia fuit micella: à potiori tamen parte denominatio fiebat. Ita quidem, ut alii dicerentur festi, alii profesti. Festi distinguebantur ex actione forensi omnium communissimæ. Nam judicia frequentia erant Senatu & Comitibus, foret etiam magis necessaria. Festis proinde diebus, quoad Legem primò, facti interdum licebat. Mixti idcirco erant, propter actionem alteram religiosam, alteram profanam. Dicebantur evidentè causa Festi Fasti. Et horum mixti alii mixti erant inæqualiter, alii aequaliter media fasti erant. Intercisi vel posteriori parte festi nefastique nota EN insigniti, & in Calendario nota EN insigniti. Per hos manè & vespere fari nefas est: medio tempore inter hostium casam & extra porrecta (cum adoleto) est fas; unde quod intercedit, Intercisi dicti. Aequaliter mixti, altera parte ob religionem nefasti, altera ob

L. B. Theat. vii. Human. Tom. III.

jurisdictionem facti erant. Qui si priore parte nefasti essent, E posteriore fasti, dicebantur, Nefasti primò, & in Calendario notabantur NP, quales ferè sunt omnes Festi, Quirinalia, Lupercalia, Terminalia. Sin priore parte Fasti essent, posteriore Nefasti, dicebantur Fasti priore, & in Calendario notabantur PP. ut sunt vinalia. Festis deinde diebus, quoad Personas, cum Senatu agere semper licebat, & Festi omnes erant Senatiorum: cum Populo verò agere nunquam licebat, adeoque Festi Comitiales nulli erant, quia omnes Senatiorum: hi autem Comitiales esse non poterant.

Porro dies Profesti dividebantur similiter ex actione communissima judiciorum, sic ut alii essent Fasti, alii Nefasti. Et sanè Profesti Fasti erant, quibus lege licebat agere vel propriè vel impropriè. Propriè quidem, quod per eos, nisi cum quis casus extra ordinem intervenisset, nunquam præter jus non liceret. Licebat his ex professo lege agere, licebat & Senatium habere, sed diversis horis: at cum populo agere non licebat. Et hi rursus Fasti erant vel toti, quibus omnibus horis & licebat & solebat prætor jus dicere (Fasti absolute dicuntur, & sic Macrobius Fastos vocat κατ'εξουσίαν, quibus lege agi possent, cum populo non possent) vel non toti, quibus non horis omnibus, sed iis tantum, quibus Senatus non habebatur, lege agebantur. Fasti Senatorii dicebantur. Lege agebatur primò, deinde Senatus habebatur, iis diebus tantum qui Comitiales non essent; nam Comitiales nunquam Senatus haberi potest. Impropriè verò & casu, scilicet tunc tantum, quando comitia non haberentur: Fasti Comitiales. His ex professo licebat cum populo agere (& nisi per strepitum comitorum impedirentur, etiam lege licebat agere, diversis scilicet horis) Senatium habere non licebat. Fasti hi erant vel toti, quando Comitiales die nulla planè erant comitia: vel non toti, cum haberentur comitia, sed non per totum diem. Profesti tandem Nefasti erant, quibus certi aliquid perficere non licebat, licebat tamen ordinarè & promovere. Sic non licebat lege agere, hoc est, in foro sententiam ferre: neque etiam cum Populo agere in comitio, hoc est, populum aut consilium aut comitia suffragiorum causa vocare, quod Comitiales die fiebat. Licebat verò in Curia Senatium vocare. Nefasti omnibus licebat in Foro coram prætoribus causas agere, hoc est, pro reo, vel contra reum dicere, neque enim hoc est lege agere. Tales sunt Comperendini, quibus vadimonium licet dicere item Stati dicti, qui iudicii causa cum G peregrino instituntur. Licebat denique in Comitio coram populo modo Concionem habere, non ad ferenda suffragia, sed ad exponendum aliquid populo: modo legem promulgare. Legislatio die tantum Comitiales fiebat, ex promulgatio etiam non Comitiales, sive Fasto, sive Nefasto. Et hæc de dierum Romanorum differentia.

Nunc ad exemplar: stillud prius monuerimus, quandoquidem Festi dies sacrificiis destinati sunt, ea propter sepe idem nomen Festo & Sacro tribuit. Consulendum proinde esse Tit. Sacrificiorum.

RESPECTU EORUM QUI COLUNTUR. Festa Dedicata. Saturno.

Saturnalia, vinctiora esse urbe Romana adeo, ut ante Roman in Græcia hoc solemne cæperit, L. Accius in Annalibus suis refert his verbis:

Maxima pars Grajrum Saturno, & maxime Athene, Consciunt sacra, que Cronia esse iterantur ab illis. Cümque diem celebrant, per agros, urbesque ferè omnes Exercent epulas Leti, famuloque prociant

Quisque suos nostrisque iidem, & mos traditus illine Iste, ut cum dominis famuli tum epulentur ibidem

Philochorus Saturno & Opi primùm in Attica statuisse aram Cecoprem regem dicit, eoque deos pro Jove terraque coluisse: instituisseque, ut patres-familiarum & frugibus & fructibus jam coactis, passim cum servis vescerentur, cum quibus patientiam laboris in colendo rure toleraverant: delectari enim deum honore fervorum contemplati laboris. Hinc est, quod ex instituto peregrino, huic deo sacrum aperto capite faciebant. Comites quoddam è suis Hercules in Italia reliquit, vel iratus, quod incustoditum fuisset armentum, & à Caco subreptum: vel confusò, ut aram suam atque ædem ab incursionibus tuerentur. Illi ergo cum à latronibus infestarentur, occupato edito colle, Saturnios se nominaverunt; quo ante nomine etiam idem collis vocabatur. Et quia fe ejus dei senserunt nomine ac religione tuos, instituerunt Saturnalia festa, ut agrestes vicinorum animos, ad majorem facti reverentiam ipsa indidit festi observatio vocaret. Macrobius lib. 1. Aa 2 Saturn.

A Saturni, c. 7. & 10. Saturnalia Romani celebrare solebant, sole Capricorno gestante; in quibus feriabantur servi, liberorum caeleos sibi circumponentes, omnibus vero invicem communitantibus: innuente prorsum legis auctore. Per Capricorni portam homines, evadere in libertatem mox plenissimam. Quo inter portæ argumento, Januario mensi conciliatum nomen opinantur. Calvus lib. 15. c. 23. A.L.

Latinae feriae à Tarquinio primum apud Romanos institutae sunt in honorem Jovis Latiaris, cui statuto tempore in monte Albano sacra facebant Rom. ad quae Latini populi num. 67. nonnunquam nocturno tempore frequentes veniebant, alii agnos, alii caecos, nonnulli lac, plerique molam ad commune epulum adferentes. De caeremoniis harum feriarum, lege copiosè Alex. ab Alex. lib. 5. c. 7.

Junonem ajunt iratam Jovi, incertum qua de causa, in Eubeam secessisse: Jovem, cum placare eam non potuisset, ad Cithæronem nemini calliditate secundum. Ejus monitu Jupiter simulacrum de ligno fabricavit, illudque plausro vestimentis velatum impoluit: in vulgus verò prodit, Plateam eam esse Asiopi filiam, quae sibi esset deipsonata. Id ubi ad Junonis aures pervasit, accurrit illico, & ad plausrum accedens, veste concissa, ligneam esse effigiem competit, quam novam esse nuptam putat: falsam se inique letanti animo ferens, faciè in gratiam cum Jove rediit. In ejus rei memoriam Plataenses Junoni Taleæ, id est, adultæ, templum adificarunt, festos celebrarunt dies, septimo quoque anno, Dædala, quæ nuncupantur parva: quod præci lignea signa Dædala vocitabant. Beoti reliquit Dædala magna dicta LX. demum anno. Pausan. in Boor.

Neptuno. Panonia, Atheniensium festa erant, quæ quinto quoque anno in Neptuni templo multis sacrificiis peragebantur. Alex. lib. 5. cap. 7.

Veneri. Adonia, apud Atheniensium sacra erant in honorem Veneris instituta, in quibus mulieres simulacra defunctorum efferebant, multaque funesta & calamitosa, iusto complorata & genuu effingere solebant. Alex. lib. 6. c. 19.

C. Tempus quoddam observatur in Eryce Siciliae monte, quod Recessus vocant, quo deam ajunt in Lybiam transigrate solitam, atque columbas omnes ejus loci non apparere inquit, quasi cum dea simul discesserint. Deinde post novem dies invocatis redditibus, una columba ex mari advolante, ac in templum deæ accedente, reliquæ protinus adstant. Tunc igitur quicumque ex accolis sunt divites, convivia parant, reliqui cum lætitia applaudunt, ac totus locus butyrum olet: qua conjectura uti solent, quod dea redierit. Atheneus lib. 9. c. 17.

Baccho. Dionysia, inquit in Moral. Plutarch. veteri ritui, cum multa prorsum & festiva hilaritate agebantur. Erat qui amphorum vini ferret, & vitem; aderat & qui hircum trahebat: alius arichum, id est, cistam aut cophinum, in quo carice forent, gestabat. Cel. lib. 7. cap. 16. A.L. Atheniensis, ubi certamen Dionysii celebratur, primum quidem prandent, ac bibunt, postea accedunt ad spectaculum, coronatique spectant, atque per totum certaminis spatium vinum infundunt, ferunturque bellaria, chorique ingredientiis potum infundunt; quod rursus postea faciunt, ubi postea quam certantur, egrediuntur. Hujus rei testem habet Philochorus Pheræreætem Comicum, quod ad sua usque tempore non essent sine cibo spectatores. Scribit Phanodemus, apud Dionysii templum, quod est in Lemnis, Atheniensis multum ferentes deo, miscere ex vasculis, ipsos postea bibere; unde Limæus vocatur Dionysius, quoniam multum aqua mistum rum primum bibitum est, atque idcirco fontes Nymphæ dicti sunt, Bacchique nutrices, quoniam aqua mista vinum auget. Athen. lib. 11. c. 3.

Palladi. Quinquatria, apud Romanos quinque diebus Palladii fiabant: ita appellata, quod quinque diebus post Idus celebrantur. Nam dies post Idus ater erat. Inde Quinquatria, quasi quinque ab ara die. Primo autem fiebant sacrificia: tribus sequentibus gladiatores in theatro certabant, quinta die erat lustratio. Erant præterea hac festa 73. kal. Apr. Eo tempore, ut

testatur Hieron. munus Minervæ appellatur, pueri quando Evacabant, magistro offerbant. Item Quinquatras minores eidem Minervæ facti Idibus Junii, quando tibicines personam per urbem incedebant, ut illi qui alibi extruere Tybure Romam reduci fuissent, indicarentur personati esse inter aliosignatos. Ovid. lib. 3. Fast. Polyd. lib. 6. c. 7.

Soli. In insula Thule præcipua solemnia sunt, quæ quotannis in honorem Solis celebrantur, quando spectatores ex altissimis montibus nunciant, Solem redire ad ipsorum horizontem, cum antea vero tempore dies XL. integras noctes habuerint, sicut & in Autumno dies XL. continuam lucem. Procop. de Bello Goth. lib. 2.

Vertumno. Vertumnalia, festa erant, Vertumno, qui deus mercaturæ & vendendarum rerum habitus est, dicata: quæ mensis Octobri in vico Turario sacelloque Vertumni celebrabantur. Alex. lib. 6. c. 8.

Genio. Natalitius felis Romæ, pulvis, frillio, mero, libis, floribus & thure, sacra Genio, sine animali hostia, lati libentique concedebantur Rom. quibus diebus effudisse cruorem, aut mactasse animal, portento erat, & fœdi auspicii; nam erant hilaritatis & lætitiæ pleni dies. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 22.

RESPECTU EORUM QUI COLUNT CONSIDERATORUM QUOAD GENTEM. Ut sunt Festa Ægyptiorum.

Frequenter quotannis conventus agunt Ægyptii, sed præcipue ac studiosissime in urbe Bubasti, in honorem Dianæ: secundum loco in urbe Bursi, in honorem Isis (in qua urbe maximum est templum Isis, ipsa in medio Delta Ægypti sita) tertio in urbe Sai, in honorem Minervæ: quarto Heliopoli, in honorem Solis: quinto in urbe Buto, in honorem Latonæ: sexto in urbe Papremi, in honorem Martis. Herod. lib. 2.

Spartanorum. Lacones per trium dierum spatium Hyacinthi, hoc est, Hyacinthi sacrificium, celebrant, & ob dolorem quem ex Hyacinthi morte ceperunt, neque coronantur in cenis, neque panem inferunt; sed bellaria tantum, quæque his sunt similia, apponunt. Neque præna ad deum canunt, neque simile quippiam introducunt, sicuti in aliis solent sacrificiis; sed magna cum molestia cœnantur discendum. Medio autem trium dierum die sacrum spectaculum celebratur, conventuque fit egregius admodum & magnus. Pueri squidem cytharam in sagulis succincti pulsant, ad tibiamque percurrentes, cum auto tono deum concinunt. Alii in equis ornatis theatrum percurrunt, multique adulescentum chori, qui poema aliquod vernaculum canunt, ingrediuntur; inter quos saltatores immixti delirant motionem ad tibiam cantumque effingunt. Ex virginibus illæ quidem in concavitate lignei curvis viminet magnificè præparati vehuntur, illæ vero in certaminibus junctorum cursum pompam ducunt, universaque civitas in motu speculationisque gaudio detinetur. Permulta sunt hoc die sacrificia, atque civis omnibus quos norant, suisque servis convivium exhibent. Neque quisquam est, qui sacrificiis non interfit. Athen. lib. 4. c. 4. ex Polystrate in Læconiciis.

Atheniensium. THESEUS, priquam veniret in Atticam, instituit sacra quædam, quæ ludis ac lætitiâ peragebantur; quædam contra, quæ merore lætunt. Cæterum cum appulisset in Atticam, quoniam multos reperit squallidos ac mestos ob mortem regis Ægei, qui desperato filii reditu, præ dolore senect & saxo præcipitem dedit: multos contra lætitiâ gestientes ob filii reditum, institutum est, ut in Ochophoriorum festo, in honorem Minervæ Sciras instituto, ad rân egon, à palmis cum racemis, quos in honorem Liberi & Ariadnæ gestant, non nuncius ipse, sed caduceum coronaretur: deinde qui sacris interstitum, emitterent hac voces, Eja heu, quarum prior gratulationis est ob felicem reditum, & in bellis præstantibus cani solet (quod liquet ex Aristophanis Pace, ubi crebro repetuntur illa, Eja heu, Eja heu, Eja heu, Eja heu) altera luctus est, ob mortem Ægei. Unde & dicitur Græcis, & ad hunc. Hæc videlicet est imago vite mortalium. Plin. in vita Thespi. Ochophori autem duo erant, genere & opibus præstantes, qui palmitem ferebant utvis dependentibus. Svidas. Panathænarum celebritas ab Erichthonio Vulcani inducitur.

A inducitur primò, cum vicatim disjectum Atheniensem populum in civitatem evocasset; quod in sequentibus annis amplius implevit Theselus. Dicta prius fuerunt Athenæ, duobus generibus: erant squidem quæ celebrarentur à Πρωταγορίδῃ, id est, quinto quoque anno, quæ etiam magna nuncupabantur; erant & quæ quotannis repetentur. Svidas & Calvus lib. 11. c. 27. A.L.

Choum festum Demophoon rex Atheniensium statuit, Orestem Athenas profectum excipere volens: cum nollet tamen eum ad sacra accedere, aut ejusdem facti esse socium, quia nondum fuerat expiatus, sacra concludi iussit, ac vini choam singulis apponi, ei, inquit, qui primus bibisset, se placentem esse daturum. Edixit præterea, ne quis coronas post potum deponeret, quibus coronabantur in sacris, quoniam contubernales fuissent ei in Oreste. At ut omnes circa choam deponeret, iussit, coronaque ipsas sacerdoti auferre in lucum, qui est in Paladibus: reliqua in templo sacrificare; ex quo festum Choum dictum fuit. Per Choum festum munera, mercedemque sophistis mittere solebant; sique vicissim familiares in convivium evocabat. Ex Eubulida, Athen. lib. 10. B. cap. 12.

Athenis festum erat, quod Apaturia vocabant: id triduo peragebatur. Primum diem appellabant Σφραγισ, propterea quod sub noctem convenientes σφραγισ, convivium agerent: secundum appellabant ἀράφισ, quod in eo rem divinam facerent Jovi Phatrio, ac Minervæ: tertium ὑπόστισ, quod juvenes & puellas in gentem transcriberent. Svidas.

Χυρσι, festum Athenis, quod eodem die, quo Choes, agebatur, in quo omnis generis semina in olla elixa, Baccho & Mercurio offerbantur. Theopompus autem dicit, conservatos diluvio coxisse omnis generis semina in olla (unde sic vocari festum) & libasse concios Mercurio terrestri; de olla verò nunquam gustasse. Hoc autem eos fecisse, qui evaserant, Mercurii placandi causa, pro defunctis etiam. Id festum celebrabatur mensis Antheltherione, ut tradit Philochorus. Idem.

Boedromia, festum quoddam est Athenis, ex eo institutum, quod Xuthus Atheniensium, quo tempore sub Erechtheo rege ab Eumolpo Neptuni F. oppugnabatur, magno studio tulisset opem. Svid. At Plin. in Theselo, ob victas à Theselo Amazones mensis Boedromeone, Boedromia celebrata scribit.

Thargelia, festum Apollinis & Dianæ, quo primitias illi deo coquebant frugum, quæ proveniant. Ex eo dictum est, quod Apollo, id est, fol, calcetia terram. Tum etiam choreæ dicebantur. Thargelon, mensis Aprilis festum, Apollini sacer, quo festum hoc agebatur. Svidas.

Alcolia festum celebrant Athenienses, quo per caprinos urtes, inflatos & unctos, in medio theatro cum ridiculi causa, quum delaberentur, saltabant: tum in Bacchi honorem, quod caper vitibus sit infestus. Quod ἀκρωσάειον dicunt. Unde epigramma:

Κίττιος παρὰς ἐπὶ βίβας, ἵππος ἐπὶ κροσσόσιν, ὄσων ἐπιπέσει τοὶ πᾶσι δροσίο.

Rode caper vitem: tamen hinc, cum stabis ad aram, In tua quem fundas cornua Bacchus erit.

Pithægia, inquit Proculus, festum veteribus erat, quo in vini participatum & servos advocabant & mercenarios: relinabantur enim tunc primum doli, proinde sacra re divina, Dionysiaci doni communicatio omnibus patebat. Comprecabatur verò, ut Plur. inquit: Ἰθάσθι & οὐρὶσθι αἰνῆς τῆ Δεσφῆσθι τῆ ἰθῆσθι ἰθῆσθι, id est, innoxiam salubremque ipsi fieri medicamentum potionem. Undecima mensis die facti hanc Athenis consuevit, produnt auctores. Alicubi etiam sexta ejus, qui Proitæreus vocaretur, Bono demoni divina re peracta, desinente jam Zephyri perflum, qui oblatere vitum ac commovere præcipue creditur. Eum proinde, quod evaserit, firmum jam haberi constantque. De Pithægias intellexisse Hesiodum volunt in Ἰθῆσθι.

Ἰθῆσθι βῆσθι & ἰθῆσθι κροσσῶ, ἰθῆσθι ἰθῆσθι: δὲν δ' ἐπὶ πᾶσθι αἰνῆσθι.

Μεσθῆσθι ἰθῆσθι: δὲν δ' ἐπὶ πᾶσθι αἰνῆσθι. Calvus lib. 28. cap. 25. Antiquarium lætissimum.

Atheniensibus mensis quidam Anthisterion appellabatur, quod is plurimos flores progigneret. In hoc festa quæpiam Anthisteria agebantur: & convivia liberaliora, quemadmodum in Saturnaliis fieri consuevit apud Romanos, in quibus & ferias accumbere licebat, feriatis interim ab opere. Exactis autem diebus, cum jam ad solitas operas revocarentur, hoc pacto dicebant hær: Foras Cares, non jam amplius Anthisteria. Cares autem (servos appellabant, quod ea gens L. B. Theat. vit. Human. Tom. 111.

mercenariis operis questum faceret, velut omnium servi, E quicunque conduxissent. Sunt qui dicant, Cares olim Atticæ regionis partem obtinuisse: Athenienses autem, cum Anthisteriorum solemnitate agerent, solere Cares in Civitatem atque in domos receptos, ad festi communionem admittere; deinceps peractò solemnitate tempore, si quos à Caribus offendissent in urbe cessantes, per jocum dicebant:

Θῶραξ Κάρες, ἐκ ἐπ' Ἀνθισθῆσθι.

Id est: Exite Cares: acta enim Anthisteria. Sonat autem ea vox Græca perinde, quasi dicas Floralia Latine; quorum licentia multorum literis notissima est. Erasmus in Chiliadibus.

Romanorum. Inter Ferias statutas, quibus præcipue edebantur ludi, numerantur Lupercalia, Agonalia, Carmentalia, Consualia. Agonalia Festus vocat sacra dei Agonii, præsentis rebus agendis: sicut Carmentalia dicuntur sacra Carmentæ, matris Eduardi, quæ ita nuncupata est, quod mulier fatidica carminibus responsa daret: nam ei antè Nicolofra nomen fuerat. Consualia à Romulo instituta Conso, quem consilii deum putabant. In circo maximo ad aram, teste Dionysio, subterraneam, sacrificia & ludi fiebant, quibus virgines Sabinæ nuptæ fuerant. Polyd. lib. 6. cap. 7. de invent.

Slavorum. Præter lucos penateque, quos in agris & oppidis Slavorum magna frequenta videte licet, in Agro Aldenburghensi, ubi olim episcopalis fuit sedes, Propè idolum cultum. Apud Polabros Slava muliebrem numen dominabatur. Obortiri Radigasti idolum venerabantur. Helmolus c. 53. & 70. Horum solemnitates sacerdotum aliquis juxta sortium nutum publicè denunciabat. Conveniebant tum utriusque sexus omnium ætatum homines: mactabantur hostiæ de bobus ovibusque: sepiti etiam Christiani homines miserè jugulabantur, quorum sanguine imprimis suos deos delectari putabant, si aspergerentur; & oraculis capellensium plurimum inde accedente emolumentum. Polthæcæ populus ad epulas & plausus convertebatur. Circumgebatur inter computationes patera quædam, in quam proferebant verba quædam sub deorum nomine prolata, boni scilicet atque mali: quorum ille prospera, hic verò adversa immitteret. Helmol. ibid. Chron. Sax. Cran. zins lib. 3. cap. 37.

Habitum. Festa Stultorum.

Romæ Quirinalia stultorum festum nominabant. An quod diem hunc tribuerint, ut auctor Juba, iis, qui curias suas ignorant? An iis, qui non sacrificaverint, ut reliqui per tribus in Fornicibus, ob negotia, vel peregrinationem, vel incertam, concessum est eo die solemnè illud agere? Plin. in question. Rom.

Pastorum.

Lupercalia, multi tradunt fuisse festum olim pastorum Italicorum. Congruunt aliquatenus cum Arcadicis Lycæis. Nobiles juvenes frequentes & magistratus nudi per urbem discurrunt, hirsutis cuticibus obvios per ludum & jocum cedentes. Multæ quoque principes femine ex composito offerunt se illis, ac manus ferientibus, sicut in ludo literario exhibent; creduntque id facile puerperium prægnantibus, & infæcundis proficere ad conceptum. Plin. in Casare, & Romulo, & Alex. lib. 4. c. 12.

Sexum. Festa Mulierum.

Matronalia, festa & sacra Romæ, post raptas Sabinas, & pacem cum Sabinis factam instituta, & matronis celebrari concessa, compositi belli monumentum. In iis Junoni Sospitæ sacra fiebant matronæ pro conjugis. Plutarchus in Romulo.

Est apud Romanos dea, quam Bonam dicunt, sicut Græci Muliebrem. Hanc Phryges sibi afferentes peculiarem, Mide regis auamant matrem esse: Romani nympham Dryada Faunom nuptam: Græci Liberi patris eam matrem, quam nefandum est nominare: unde pampinis tenoraria festum diem agitant mulieres contegunt, ac sacer draco ex fibula ad pedes deæ facit. Eo virum fas non est accedere, neque dum sacra aguntur in domo, ubi aguntur, esse. Solæ femine, multa Orphicis germana memorantur in solemnè peragere. Ubi festus dies inibat, celebratur in ædibus consulis vel prætoris: ipse autem domo omnique viri cedunt. Uxor sola domum Aa 3 parat,

parat, peragiturque ferè nocte per lulum privilegio committum, inter magnum concentum. Plut. in Casare.

Carmentalia, Romanorum festa erant, quæ à matrisfamilias annis singulis ad 18. Calendas Februarias fiebant, in quibus aliquid sortem, aut sua morte peremptum attulisse, magnum crimen erat. Alex. ab Alexand. lib. 6. cap. 8. Carmentam quidam proprium hominum procreacionis fatum opinantur esse, & ob id matres hæc sacra agitare. Alii Euanthri Arcadis matrem fatidicam, eam Phæbo dicatam esse tradunt (Plutarchus in Romulo) & Carmentam, quod carne responsa daret, appellatam: Nicosfrata enim proprium illi nomen fuerat.

Libertatem. Festa

Servorum.

Festis Saturni diebus apud Rom. servos ingeniorum ministeria occupare, pileos fumere, & liberis nullo discrimine differre, sipeque invicem dare, & munera misitare, servatum est. Regna quoque sortiri inter æquales, & tanquam reges imperitare, magistrum purpuram induere, reliquos in veste candida diem concelibrare. Qui etiam mos cum Græcis & servis communis fuit. Nam per Mercurialia festa, Hermæa dicta, hoc ipsum fiebat in Creta, velut testatur est Caristius in Historicis commentariis: nam convivantibus servis, domini illis serviebant, atque ministrabant in Træzene vero Gerastionis mente per multos dies fieri conventus, Panægara dictus, quorum in uno servi cum civibus una ludunt ultragalis, & servis domini convivium præbet: ut asserit Carystius. Berofius autem libro B abyloniorum verum primo ad 16. Calendas Septembris, scribit, festum Sacre vocatum, per dies quinque agi in Babylonia: in quibus mos erat, ut servi domini imperarent, atque unus eorum educabatur ex domo florenti regis fimitem induens, quem Zoganeum appellabant. Mentionem fecit huic festi Ctesias lib. 2. verum Persicarum Atheniensium lib. 5. cap. 17.

Saturnalia in Thesalia celebrata, & Peloria fuisse nuncupata, Græci scribunt, à Peloro quodam, qui Pelago nunciatus primus, perruptis terræ motu montibus, effusas stagnantes pelus in Thesalia aquas, renudatoque speciosissimos campos Celius lib. 3. c. 23. A. L.

RESPECTU FORMÆ SEU MODI. TUM Ante Festum.

Ex instituto Numa, in pompis & supplicationibus sacerdotum Rom. antecedeant per urbem præcones, serialeque & iustum indicabant. Siquidem ut Pythagoreos ajunt non permittere, ut obiter quis adoret, & supplicet diis, verum ut domo statim mente ad id meditantur accedat: ita censuit Numam decere, nihil ut civis rei divinæ audirent vel viderent personarum vel locorum: sed vacui curis aliis, velut summo negotio religionis adverterent animum, viasque à strepitu, crepitu, gemitu, & omnibus quæ commitantur necessarias & vulgares operas, ad sacra præstare puras: quorum vestigium nonnullum suo awo manere Romæ, testatur Plutarchus in Numa.

In Festum. Huc Otium.

Apud Rom. Regem sacrorum Flaminesque non licebat videre feris opus fieri: & ideo per præconem denunciabant, ne quid tale ageretur. Præcepti negligens multabatur, & porco piaculum dabatur. Licebat tamen ex Scævola consilio id agere, quod prætermisum noceret, ut bovem è specu liberare, ruinofum tectum stilicere: sic Marto inquit, Balantumque grægem fixam mergere salubri. Salubri adicit, ut constet, non ob lucrum purgandæ lanæ, sed averendi morbi gratia, id festo die fieri concessum. Macrobius lib. 1. Saturn. c. 16.

Leititia, Convivia, Chorea.

Hilaria, Romanorum festa erant ad 18. April. instituta, in quibus solemnitas & ludos publicos, dieque hilares concelebrant: quo tempore Sol Zodiaci peragrato spatio, per omnes signorum stationes ad nos revertens, longiores noctibus dies efficit. Alex. lib. 4. c. 20.

Salii, Matris sacerdotis, cœnis sumptuosiss & comestationibus cum canu & symphonis opipare sua festa celebrabant, in quibus fabulæ cotonas & alla conviviorum oblectamenta adhibebant. Alex. lib. 1. c. 26.

Certamina, Cædes.

Malabares Indi, XI. Cal. Septembr. factum solenne fa-

ciunt, in quo pueri arcibus armati, in fossiles per ludum sagittas levissimas emittunt. Deinde ii, qui ætate magis provecti sunt, similitera tela conficiunt, quibus multi gravissimè sicuti moriuntur. Cum iis, qui ad hunc modum è vita discedunt, præclarè actum putant: Hos enim censent in cœlum, ut cum diis ævum exigant, immigrare. Multa sunt apud illos anniversaria sacra, in quibus quidam variis sibi modis in maximo hominum conventu & celebritate vitam exhauriant. Orosius lib. 1. verum Emm.

Dreptio.

Κοτυρία Κοτυρία, id est, Rapina Cotyris. Cotyria festum quoddam erat apud Siculos, in quo ex more placentalæ quæpiam & arborum fetus ramis alligabantur, eaque diripiendæ proponebantur. In Plutarchi collectione Dicit solitum de bonis temerè profusis dreptique. Erasim. in Adag.

RESPECTU FINIS. FESTA INSTITUTA, CULTA causa

Memoria prætoriorum.

Festum diem Septimontium Plut. in Problematib. ponit, quum septimus mons est urbi quasi tum demum finitæ additus. Polyd. lib. 4. de Invenit.

Victis à Camillo Gallis, & Roma denudè instaurata, Latinos ajunt, sive in speciem, sive reipia, instituisse de integro contrahere inter utramque gentem affirmatam: ac legatos misisse, qui ingeniarum puellatum à Romanis pudica polerent connubia. Fluctuantibus, quid consilii caperent, Romanis ancillam Tutolam nomine, ut illi dicunt, Philotidem, principibus subjecisse, secum ut mitterent ancillas, quæ ætate forte, & liberali essent forma, in virginum ingeniarum motem excutias: reliqua sibi cura fore. Principes probato consilio delegisse ex ancillis, quas ad eam rem illa probrasset: cuique veste ornatas & mundo, Latinis, qui stativa non procul habebant ab urbe, tradidisse. Tunc cæteras gladios hostibus subtraxisse: Tutolam vel Philotidem consensu edita capricio, & stola adversus castra obtenta, facem Romam versis sustulisse: quod eum cum magistratibus signum, aliis incisiis civibus, convenerat. Quapropter tumultuarie à militibus excurtum fuisse, quum insisterent duces, sic mutuo appellantiibus, vix ut instrui possent in aciem. Vallum nec opinantiibus, hostibus sopitique adortos, cepisse castra, atque maxima ex parte hostes obruticasse: idque gestum Nonis Quintilibus, quas nunc appellant Julias. In hujus rei memoriam festum agi, quo primum agrime etumpentes urbe, nomina plurima patriæ & vulgaris eient, Cajum, Marcum, Lucium, his similia: referentes motum illum in properando appellacionem. Deinde splendide compæ urbem circumvenit ancillas, diæteria in obvium quemque facientes. Pugnam quoque inter se conferunt, ut quæ etiam tum in prælio cum Latinis inito operam navaverint suam. Ad epulum confident ficulneis inumbrata ramis. Eam diem Nonas Caprotinas à capricio, ut arbitrantur, qua facem edidisse ferunt puellam illam, nominant. Alii præterea, quæ hinc aguntur & dicuntur, referunt ad Romuli casum: illo enim die ex oculis hominum extra portam abiisse Romulum, caligine subto cum procella coorta: ut autem nonnulli arbitrantur, sole deficiente, Atque hinc diem illum Nonas Caprotinas à capra dictum. Nam Romulus, cum ad paludem Capræ appellatam haberet concionem, ex conspectu hominum ablatu est. Plut. in Camillo & Romulo.

Cum Tarentini à Romanis obfiderentur, periculumque esset, ne fatie ad dedicationem compellerent: Rhegini, decimo semper die junium decernentes, victum concesserunt Tarentinis. Proinde cum decedentibus Romanis liberarentur, memores calamitatis Tarentini, festum constituerunt, quod Jejunium appellabant. Panegyrum canum mense Augusto ab Romanis solitum celebrari, auctores Græci sunt, monumento urbis capte ab Gallis. Tunc vero excedebantur canes, quia ἀπό αἰνῆ, id est, sine latratu egerant, anseribus ampliter sonoreque incantantibus. Hoc ipsum arbitror à Plinio significatum lib. 29. ubi canes ait annua pendere supplicia inter ædem Joventis & Stannmani, in furca vivos arboris foxos lambuæca. Celius lib. 17. c. 28. Ant. lib.

Confecrandi, Inaugurandi.

Eicthopia, festum Athenis, quo magistratus omnes auspiciantur: estque anni principium. Suidas.

Divina

Divinationis, Oraculi. Apud Delphos, mensis est Byfius dictus, quasi Pyfius, quo scitiantur & consultant Apollinem: Nam ita loqui est iis patrium. Siquidem hoc mense reddebatur oraculum, diemque ejus septimum Apollinis natalem esse existimant, videntque eum ἑορτάζοντες: non quia parentur ὀψίους, quod est placenz genus: verum quod tunc frequenter deum consulant, ac crebra oracula reddantur. Serò enim, ut Antea semel forte antea respondebat eo die sacerdos: ut scriptum reliquerunt Callisthenes & Anaxandridas. Plut. in quest. Græcæ.

Fructuum.

Rudis fuit præcorum vita, atque sine literis, non minus tamen ingeniosa fuit in illis observatio, quam in posteris ratio. Tria namque tempora fructibus meniebant, propter quod instituerunt ferias, dieque festos: Rubigalia, Floralia, Vinalia, Rubigalia Numa constituit, anno regni sui xi. quæ nunc aguntur ad 7. Calend. Maji, quoniam tunc ferè segetes rubigo occupat. Floralia 1. v. Calend. ejusdem instituerunt, B. Urbis anno dxxi. ex oraculis Sibylæ, ut omnia benè desolerecerent. Hæc dea Floræ prid. Calend. Maji dicata. Vinalia festa sibi apud Romanos celebrata sunt in anno: Prima ix. Cal. Maji degustantur instituta, nihil ad fructus attinent, cum vina putantur: quo die Jovi novum vinum libare mos erat, quod ex dolio haustum Calpære extimebant. Eo tempore instituta, cum Veneri ades dedicaretur, cujus tutele olitores addecabantur: Tempelatibus lenientis celebrabantur, in quibus vinum novum in urbem ferre, & in cellis vinaris condere assueverant. Unde apud Tutulanos lege carum erat, ne quis novum vinum, antequam Vinalia calerent, in urbem inveheret. At Vinalia altera ad 13. Calend. Septembris aguntur. Plinius lib. 18. cap. 29. Quibus flamen Diali vindemiam aufpicatus, matris utvis vinum legere, & vindemiam fieri, jubet quibus factis agnum Jovi immolant, interque castra & porrecta vinum legit. Alex. lib. 6. cap. 8.

Expiationis, Lustrationis.

Quirinalia fultorum festa apud Rom. in quibus sacrificio expiare cogebantur ii qui in Fornicibus non herant ferati, C. qui que in sua tribu sacrum non fecissent. Alexand. ab Alex. lib. 3. cap. 12. Amburbialia, festa erant, in quibus ob dira quedam via prodigia, redæ aut victimæ, sulphuris & aque lustratione, urbs aut Capitolium expiaretur & lustraretur. Alex. ab Alex. lib. 5. c. 26. Ambarvalia, festa & facta erant, que tutandis imperii finibus fiebant, in quibus vitula aut agna coronata, messis, ager, fundus, terra, grex, vel pecus ter circum lustrabatur, prosequente ægredium turba cum fistula, solemnique platu & clamoribus, deum deamque, cui facta fiebant, invocante, uti morbos & intemperiem omnem prohiberet, frumenta & pecora ab omni detrimento tempestaque defenderent. Ibidem.

Solitauralia, festa erant, quæ singulo perfectio quinquennio per Censores fiebant, qui urbem, sive oves & tauro, aut verre, tauro & arietè, lustrare solebant. Ibidem.

Armlustria, Romanorum festa erant, in quibus equites, alique milites coronati, sacrificio lustrabantur in campo Martio. Ibidem.

Tubillustria, festa erant, Romanorum, in quibus mense Martio Tube sacrorum in atrio Saurio lustrabantur. Alex. ab Alex. lib. 5. c. 26.

RESPECTU TEMPORIS. QUANDO INSTITUTA, CULTA.

Festa.

Vnius diei.

Argivi, Numenia cunquæ mensis celebrant, mulieres viribus unicus, & chlamyidibus: viros autem plebis muliebribus amicticis in memoriam Telephæ poetiæ, quæ Argos oppugnante Cleome, Argivas armatas ad pugnam eduxit: quæ armata in propugnaculis stantes, circum circa muros tuentes, Cleome nem repulerunt. Polyenus lib. 8. Plutarchus in Problematib. Rom. antiquarum, docet, apud veteres Calendas primum mensis diem diis consecratis habitum sacrum, secundum verò diis inferis, in quo & lustrationibus quibusdam uti mos erat, & mortuis parentabant. Quin etiam totius mensis tres dies principes & auctores esse voluerint. L. B. Theat. vii. Human. Tom. 111.

Calendarum, Nonarum & Iduum; quos festos ac sacros habebant, veluti diis superis dicatos Qui hos sequerentur, hoc est, postidie Calendas, Nonas & Idus, diis manibus attribuebant, ac proinde nefastos ac religiofos judicabant. Sic & apud Græcos tertius crater Sospitatori Jovi, secundus semideis ac demonibus tribuebatur. Principium autem omnis numeri est dies, cui adversatur dies, inter pares numeros primus, nec finem habens, nec perfectus, cum tertio sit absolutus. Hinc Pythagoricum ænigma, Τῶν ἀπὸ ἑαυτοῦ ἀνταρῶν δύνων, ἀπὸ τῶν ἑξ ἑαυτοῦ. Erasmus in Chil.

Apud Rom. Martii mensis (qui primus fuit, ex Romuli instituto) die prima, ignem novum Vestæ aris accendebant: ut incipiente anno, cura denudè servandi novati ignis inciperet. Eodem quoque ingrediente mense, tam in regia curisque, atque Flaminum domibus, laureæ veteres novis laureis mutabantur. Eodem quoque mense & publicè & privatum ad Annam Perennam sacrificium ibantur, ut annare perennareque commodè liceret. Eodem mense mercedes exolvebant magistris, quas completus annus debere fecerat; Comitibus auspicabantur, vestigalia locabant: Et servis cœnas apponebant matronæ, ut domini. Saturnalibus illæ, ut principio anni ad promptum obsequium honore servos invitarent: hi, quia gratiam perfecti operis exolverant. Macrobius lib. 1. c. 12.

Inter festos celebratoque dies, quos in honore deorum vetus religio sanxit, Idus præcipue solemnes semper fuisse accepimus. Nam præterquam quod omnes Idus Jovi feriatas, & à flamine diali bovem immolari singulis Idibus prescriptum sit: tamen præcipue quedam erant ferie Idibus dicatæ, quas Veteres coli oblevatiueque iusserunt, ut illas prætermittere, & in solemnes relinquere, ducent nefas. De quibus proluxè Alex. ab Alex. lib. 3. c. 18. Idus Martias ad Annam Perennam, quod commodè annare & perennare liceret, festas genialeque observarunt. largioribus piaculis indulgentes. Ea enim nimis sfora Didonis creditur, in Aricino, seu Laurente sedem habuisse ferunt, quam à perpetuitate Perennam nancupantur; quæ Idus insulae & ominosa postea fuit: placuitque illas Patriciorum vocari, quod illis D. Cælar conjuratorum manibus cæsus occubuit. Idem cap. 17.

Ter in mense, nono quolibet die, rustici vel mercium vel negotiorum causa in urbem veniebant, ex instituto Serv. Tullii. Nundinarum ferie Jovi olim factæ, lege Hortensia posita, inter Fastos receptæ, ut litem coram prætore componere possent. Eodem die trundino olim propter frequentiam plebis leges etiam promulgabantur, & candidati in Comitiis in colle consistebant, ut ab omnibus conspici possent. Quæ tamen postea desierunt, quum etiam internundino die magna plebs adesse frequentia. Polydorus lib. 6. cap. 7. de rebus Inventoriis.

Plurium dierum.

Ex præcedentibus pleraque exempla. SIMULACRA, IMAGINES Deorum Nullæ.

Ægyptiorum templa, licet marmore & auro essent elaborata, luxu ingenti, & mira arte; tamen deorum imago nulla inerat: sed earum loco vivi dii, Simla, Ibis, vel Crocoillus, aut aliæ id genus pestes, Magorum & Ægyptiorum portenta, pro diis colebantur. Alex. lib. 2. cap. 22.

Perse nec statuas, nec aras erigebant; deos vero putabant Cælum, quem Jovem existimabant; Solem quem Mithram vocabant. Item Lunam, Venerem, Ignem & Tellurem; præterea Ventos & aquam. Strabo lib. 15. Herod. lib. 1.

Apud Seres, sicut tradit Eusebius l. de Prepar. Evang. c. 6. lege exceptum erat, ne simulacra colerentur. In Romano quoque templis Clemens ait, ex decreto Numa, Mosaica dogmata penitus æmulati, annis c. atque lxx. ab V. C. nullam imaginem, neque sciam, neque pictam, esse conspectam. Afferit idem & Plut. in vita Numa.

Germani, præco tempore (ut Tacitus scribit) nec deos cohilbere parietibus, neque in ullam humani oris speciem assimilare, ex magnitudine celestium fas arbitrabantur.

Lycurgus, Lacedæmonum legislator sanctissimus, etiam si multarum ceremoniarum apud gentiles institutor esset, nulla tamen apud eum ficta deorum imago fuit: quippe hominum aut animalium species diis tribui, semper vetuit. Alex. ab Alex. c. 2. l. 22.

Romani ex Numa instituto simulacra nulla deorum habebant.